

CENSURA
IN GLOSSAS ET ADDI-
TIONES IVRIS CANONICI, OMNIBVS
exemplaribus hactenus excusis, respondens.

LIBRORVM, TITVLORVM, ET CAPITVLORVM
numerus, omnibus: Paginarum vero Lugdun. & Venet.
Codicibus, post annum 1553 impressis,
respondet.



R O M A E.
Apud Hæredes Iulii Accolti.
M. D. LXXII.

F. THOMAS MANRIQ;
SACRI ET APOSTOLICI
PALATII MAGISTER,
LECTORI.



VM Glossæ ad explicationem Iuris Canonici hætenus editæ, multis in locis doctrinæ ecclesiasticæ ueritatem corrumpant, ne earum lectio legentibus obesse possit: primum diligentiam adhibuimus, ut interim dum prodeat accuratior & plenior repurgatio, subsequens præcedat, iuxta quã ea sola deleantur loca, quæ errores perniciosos continere animaduertimus, vna cum additionibus impij Car. Molinæi. Deinceps, qua maiori fieri poterit celeritate, omnino curabimus, ut ipsi integri Codices iuris canonici imprimantur, ijs notatis erroribus, qui veram atq; sanam Ecclesiæ catholicæ doctrinã lãdere possunt. Itaq; viri boni & æqui, ne dum non acerbo, sed grato animo ferre debebunt, si dum loca periculosa adnotabatur, vsu librorũ, præsertim ab impio Car. Mol. deprauatorũ, caruerũt: neq; item conueniri, si nec dum integras omniũ locorũ notationes habeant, donec ipsi noui Codices exeant in publicũ, in quorũ marginibus indicabitur, quid suo quoq; loco vitandũ sit. Multa cõsulto in ipsis glossis intacta reliquimus, nõ ideo quod uitiosa nõ sint, sed qa in alterã partẽ potius quã in fidẽ peccant. Permittitur aut ad cõmunẽ studiosorũ vsũ, vt interim liceat, librarijs quidẽ tenere, at nullo pacto nisi prius iuxta hãc censurã correctos, vèdere: alijs vero omnibus neq; tenere, neq; vèdere, neq; emere, neq; legere, idẽ ius canonicũ cũ glossis, nisi infra tres menses proximos ab huius impressionis notitia, omnia deleantur, quæ in paginis delèda inferius præscribuntur. Omnes Codices cuiuscunq; alterius impressionis ad normã & regulã hic præscriptam emendentur. Qui secus vèdiderit, emerit, tenuerit, legerit, incurrat in pœnas, quas Bulla se. me. Pij III. in eos decernit, qui a libris reprobatæ lectionis nõ abstinẽt, quæ Indici librorum prohibitorum ab eodem Pontifice comprobato, præfixa est. Vale.
Dat. Romæ 22. Aug. M. D. LXXII. A 2 DELEN.

DELEND A EX GLOSSIS
DECRETI A GRATIANO EDITI.

DIST. 1. c. 5. Consuetudo. gl. uer. Quod religioni conueniat. ubi ait: Multa enim sunt contra rationem, tamen congruunt religioni, ut Virginem peperisse. Deleantur omnia hæc uerba.

Ibidem infra gl. uer. Quod saluti proficiat. ubi ait: Licet ratio sit q̄ homo debeat persequi inimicum, tamen non proficit hoc ad salutem. Deleantur omnia hæc uerba.

Dist. ead. c. 7. Ius naturale. gl. uer. cod. ubi ait: Et omne ius diuinū dicitur naturale ius. Deleantur omnia hæc uerba.

Ibidem infra, ubi ait: Bene enim fuit aliquid proprium de iure diuino: nam ipsi Adæ fuit dictum: In sudore uultus tui nesceris pane tuo. & alibi: Non concupisces rem proximi tui. 47. dist. Virum. Deleantur omnia hæc uerba.

Dist. 5. in princ. Hæc quæ. In casu ubi ait: Sed cum ius naturale dicitur supra comprehensum lege & euangelio: quedam autem &c. Deleatur usque in finem huius casus.

Ibidem gl. uer. Sed cū naturale. ubi ait in fine: Ergo restat, q̄ ius naturale sit uariatum. Deleantur omnia hæc uerba.

Dist. 9. c. 11. Sana quippe. gl. uer. Cum ergo. ubi ait: Et in canonica scriptura nihil aliud quam quod in diuinis legibus &c. Deleatur usque ad hæc uerba: Et facit hic correlationem &c. exclusiue.

Dist. 11. c. 6. Consuetudinē. gl. uer. Contra fidē. Id est, contra bonos mores. Et q̄ ita sit exponendum &c. Deleatur tota hæc glos. usque ad c. In his. exclusiue.

Dist. 13. in prin. Itē aduersus. gl. uer. Item aduersus. assignauit &c. prope mediū, ubi ait: Itē, ut dicāt, potest aliquis esse pplexus inter mortale & ueniale; ut cum &c. Deleatur usque ad hæc uerba: uel etiam mortaliter, si sum perfectus, inclusiue.

Dist. 16. c. 1. Canones. gl. uer. Atq; inter apocrypha; id est, sine certo auctore &c. Deleat tota hæc gl. usq; ad c. Clemētis. exclusiue.

Dist. 17. c. 6. Concilia. gl. uer. Iussione. ubi ait: Habet ergo Romana ecclesia authoritatē a Concilijs. Deleatur hæc uerba. unā cū margine e regione posita, quæ ait: Papa a concilijs &c.

Dist. 21. in princ. Decretis. gl. uer. Subdiaconos. ubi ait in fi. Sed nō fuit sacer ordo tunc. extra. de zta. & qual. A multis. Deleantur hæc uerba, unā cū margine e regione posita, q̄ ait: Subdiaconat⁹ tpe &c.

Dist. 23. c. 2. Qui episcopus. gl. uer. Non per conditionem, ubi ait: